J.

N. 8.

1-361-70/2

Noverint universi quod ego Ioannes Picalordi
negotiator oriandus villa de millars Elnen. dioc. ad presens Bar. residens
asserens de vigore iuramenti infra minorem fore viginti quinque annorum maiorem
vero viginti duorum et iurato me aliquem non habere neque ad hec
habere velle agentem etc. de decreto magnifici regentis vicariam
Baraonum confiteor et in veritate recognosco vobis nobilibus domine Marie
de Perapertusa y de Rill et domino Petro de Perapertusa matri et filio dominis
baronie de Joch Bar. populatis heredibus universalibus hereditatis et bonorum
qui fuerunt nobilis domini Jacobi de Perapertusa olim domini dicte
baronie de Joch filii et fratris vestri respective in oppido de madrit regni
Castelle deffuncti licet absentibus et notario infrascripto tanquam publice persone
pro vobis et vestris ac aliis cuius intererit vel intererit recipienti et acceptanti ac
etiam legitime stipulanti quod modo infrascripto de dictis solvistis mihi et confiteor
me a vobis habuisse et recepisse Ducentum et viginti quinque libras
monete Bar. ad complementum et integram solutionem illorum quingentorum
ducatorum ac pretii seu valoris cuiusdam domus site in termino
dicte Baronie de Joch de quibus quidem quingentis ducatis ac de predicta
domo fuerat mihi factum legatum per dictum nobilem dominum Jacobum
de Perapertusa quondam in suo eius ultimo testamento quod fecit, condidit et firmavit pro ut asserio in dicto oppido de madrit penes discretum
Franciscum Casont regium scribam registri ac notarium publicum per totam
terram et dominationem Serenissimi domini nostri regis die quinto mensis
septembris Anno Anno domini Millesimo quingentesimo nonagesimo
Primo. Modus vero solutionis dictarum Ducentum et viginti quinque
librarum talis fuit et est videlicet quod honor Montserratus Parra causidicus civis Bar. eas pro vobis et de pecuniis vestris mihi dedit et solvit
in pecunia numerata in presentia notarii et testium infrascriptorum. Et ideo
Renuntiando exceptioni rei sit a non esse et sic in veritate non consistere
doloque malo et in factum actioni omnique alii iuri rationi et consuetudini his
obviantibus quovismodo in testimonium premissorum presentem vobis facio
apocham de soluto et satisfacto Et nichilominus dono absolvo diffinio et
remitto vobis dictis domine Marie de Perapertusa et de Rill et domino

Petro de Rerapertusa matri et filio nomine predicto & vris in his successoribus
et domino
omnes & singulas actiones questiones petitiones & demandas quas Ego et mei in
his successoribus facere possum proponere movere seu etiam intemptare in judicio
vel extra judicium seculari quocumodo adversus et contra vos nomine predicto
& vestros in his successores vestraque et eorum bona tam ratione seu pretextu pre
dicti legati quam alijs quibusvis rationibus sive causis et quoniam Ego sentio me
xium & obligatum dicto nobili domino Jacobo de Rerapertusa quondam et illius
hereditati Ideo pro exoneratione mee conscientie donatione scilicet pura per
fecta simplici et irrevocabili que dicitur inter vivos et de genti dono absolvo diffinio
& remitto vobis tanquam illius heredibus universalibus & vestris in his successoribus
totum id quicquid & quantum mihi competat et competere possit ac ego pe
tere et recuperare possem nunc seu etiam in futurum ex et de predicto legato de quo
legato ac de testamento dicti nobilis domini Jacobi de Rerapertusa quondam
et illius toto tenore verbis sententia et effectu eiusdem ad plenum sum certus
et certifficatus per lecturam mihi de dicto legato seu inde factam Et nichilo
minus convenio et bona fide promitto vobis nomine predicto et vris in his succes
soribus quod Ego et mei in his successores ratione seu pretextu predicti legati non
conveniemus vos seu vestros in his successores in judicium seu causam non proponde
faciemus proponemus movebimus seu etiam intemptabimus contra vos seu vestros
in his successores vestraque et eorum bona actionem aliquam questionem petitionem
vel demandam litem vel controversiam de jure vel de facto in judicio vel extra
judicium seculari quocumodo ratione seu pretextu predicti legati imponens
mihi & meis in his successoribus super predictis silentium sempiternum omnem
agendi conveniendi et molestandi viam penitus abdicando & precludendo faciens
vobis nomine predicto et vestris in his successoribus de predicto legato bonum et
perpetuum finem absolutionem diffinitionem et remissionem ac pactum firmissi
mum de ulterius non petendo et di non agendo solempni stipulatione vallatum
in manu & potestate notarij infrascripti tanquam publice persone recipientis et pacis
centis ac etiam legitime stipulantis Renuntians de et cum presenti juri liti
& cause per me seu ad mei instantiam contra vos nomine predicto introduc
te et in presentiarum vertenti in regia audientia presentis Principatus Cathalo
nie ad relationem magnifici Raphaelis alzina v. j. d. et de regio con
silio civili in posse discreti Joannis Colell notarij regij civis Bar. Ita et taliter
quod dicta causa amplius prosequi & exsultari non possit Insuper convenio

et bona fide ac solemni stipulatione promitto ego dictus Joannes Picalordi vobis dictis nobilibus dompne maria de Perapertusa y de Grillet et dompno Pedro de Perapertusa matribus filio nomine predicto et eciam in his successoribus ac alijs etiam personis omnibus et singulis quarum interest et interesse poterit recipienti et paciscenti ac etiam legitime stipulanti et michi solemniter sponte juro in animam meam per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia manibus meis corporaliter tacta huiusmodi apocham donationem absolutionem diffinitionem et remissionem ac omnia et singula supradicta semper ratas gratas validas atque firmas ratamque gratam validam atque firmam habere tenere et inviolabiliter observare et in nullo contrafacere vel venire aliquo jure causa vel etiam ratione cuius juramenti vigore quia ego dictus Joannes Picalordi sum minor viginti quinque annis maior vero viginti duobus. Renuntio beneficio minoris etatis ignorantie lezionis et facilitatis ac restitutionis in integrum omnique alij juri rationi et consuetudini hisobviantibus quovismodo Actum est hoc Barcinone die tertio mensis octobris Anno A nativitate domini Millesimo quingentesimo nonagesimo quinto Sig+num Joannis Picalordi predicti qui hec laudo concedo firmo et juro.

Testes huius rei sunt Illustris admodum Reverendus dominus Bartholomeus de Montagut y de Vallgornera electus abbas monasterij sancti Stephani ville balneolarum ordinis sancti Benedicti monachorum claustralium Gerundensis diocesis Petrus Riera et Bartholomeus Rovira scriptor cives Barcinone habitatores.

Sig+num nostri Alexandri Cordelles civis honorati Barcinone regentis vicariam Barcinone Aqualate et vallensis modiliani et modilianensis Qui ex parte S. C. et R. Magestatis et auctoritate officij quo fungimur prescripte apoce et diffinitioni per dictum minorem facte et firmate nostram interponimus auctoritatem pariter et decretum appositum manu mea Hieronymi Talavera Regia auctoritate notarij publici Barcinone scribe

maioris curie vicarie Barchinone pro dicto vili Ipsius
In cuius posse dictus dominus regens dictam vicariam hanc
firmam fecit decima die mensis octobris Anno a nat[ivitate]
domini millesimo quingentesimo nonagesimo quinto
presentibus testibus discretis Francisco Bonet et Jacobo
Gilabert [illegible] civibus Barchinone Et ideo ego dictus [illegible]
et scribi feci et [illegible] meum quo utor in publicis [illegible] meo
claudendis instrumentis hic apposui Sig[num]





Signum Francisci Pedralbes regia auctoritate notarii
publici Barcinone, Qui hec aliena manu
scripta ac decretata et auctorizata ut supra
paret clausit rogatus et requisitus, cum addi//
to in linea [illegible] precedenti pagine ubi le//
gitur [illegible]

Ioh apotha
1467

N.i467

1021